

Teil A: Übersetzung

Auf der Flucht vor sich selbst

Im vorliegenden Textauszug widmet sich Seneca zunächst der Darstellung der Rastlosigkeit des Menschen und zeigt dann mit einem Gedanken des Stoikers Athenodor eine mögliche Abhilfe gegen diesen Gefühlszustand auf.

Naturā enim humanus animus agilis est et pronus ad motus. Omnis excitandi se materia illi grata est.

Inde peregrinationes suscipiuntur vagae et litora pererrantur: „Nunc Campaniam petamus!“ Iam delicata loca fastidio sunt: „Incultas regiones spectemus, Bruttios et

5 Lucaniae saltus¹ persequamur!“ Tamen aliquid amoeni inter deserta requiritur, in quo luxuriosi² oculi longo locorum horrentium squalore releventur³: „Tarentum⁴ petatur laudatusque portus et hiberna⁵ caeli mitioris et regio opulenta! Iam flectamus cursum ad urbem! Nimis diu a plausu et clamore aures vacaverunt.“ Aliud ex alio iter suscipitur et spectacula spectaculis mutantur. Ut ait Lucretius: „Hoc se quisque modo semper
10 fugit.“ Sed quid prodest, si sese non effugit? Sequitur se ipse et se urget gravissimus comes.

Itaque scire debemus non locorum vitium esse, quo laboramus, sed nostrum: infirmi sumus ad omne tolerandum, nec laborem diutius patientes nec voluptatem nec nostram nec ullam rem. Quod homines proposita saepe mutando in eadem
15 revolvebantur⁶ et non reliquerant novitati locum⁷, fastidio esse eis coepit vita et ipse mundus.

Quaeris, quo auxilio adversus hoc taedium utendum sit. Optimum erat, ut ait Athenodorus, rei publicae tractatione et officiis civilibus se detinere⁸. Nam, cum quidam propositum habeat se utilem praebere civibus mortalibusque, simul et exercetur et
20 proficit communia privataque pro facultate⁹ administrans.

201 lat. Wörter

Aufgaben (Teil B) auf der nächsten Seite!

¹ <i>Bruttii et Lucaniae saltūs:</i>	die Waldtäler von Bruttium und Lukanien (<i>Anm.: Beide Gegenden im heutigen Süditalien gelten als rau und unwirtlich.</i>)
² <i>luxoriosus:</i>	(<i>hier</i>) verwöhnt
³ <i>relevare aliquem aliquā rē:</i>	jmdn. von etwas befreien
⁴ <i>Tarentum, i</i>	Tarent (<i>Stadt in Süditalien</i>)
⁵ <i>hiberna, -orum:</i>	(<i>hier</i>) der Winter
⁶ <i>revolvi, revolvor</i>	(<i>hier</i>) zurückgeworfen werden, zurückfallen
⁷ <i>relinquere novitati locum:</i>	(<i>hier</i>) sich die Möglichkeit neuer Erfahrungen offenhalten
⁸ <i>se detinere (m. Abl.):</i>	sein Leben (mit etwas) verbringen
⁹ <i>pro facultate:</i>	den eigenen Fähigkeiten entsprechend

Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Stellen Sie jeweils zwei der folgenden lateinischen Zitate, die inhaltlich enger miteinander verbunden sind, zusammen. **3 BE**

- a) *Nusquam est, qui ubique est.*
- b) *Beatus ille, qui procul negotiis!*
- c) *Non est in rebus vitium, sed in ipso animo.*
- d) *Animum debes mutare, non caelum.*
- e) *Vitam in peregrinatione exigentibus hoc evenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias.*
- f) *Bene qui latuit, bene vixit.*

2. Paraphrasieren Sie die nachfolgende Meldung der *Nuntii Latini* des Vatikan, die einen zu Ferienbeginn getätigten Aufruf von Papst Franziskus wiedergibt. **4 BE**

„Oecologia“ cordis colatur oportet

Telephorum portabile exstinguatur, oculos ad homines convertamus, silentium colatur, colloquium cum Deo reficiatur oportet: Quae omnia Franciscus Papa ad tempus feriarum consumendum commendavit. Magis nos quieti nos dare debere et animos ad proximos egentes attendere, quam inquiete cottidiana vinci.

3. In einer aktuellen Bestsellerliste für Lebensratgeber finden sich unter anderem folgende Werke, die aus der Feder eines antiken Philosophen stammen könnten:

- a) „Jetzt! Die Kraft der Gegenwart“
- b) „Spaziergang zu dir selbst“
- c) „Besser fühlen. Eine Reise zur Gelassenheit“
- d) „Soul master“
- e) „Wie schön könnte das Leben sein, wenn ...“

Geben Sie zwei der Titel Ihrer Wahl in passenden lateinischen Worten wieder oder formulieren Sie eigene lateinische Titel für entsprechende Ratgeber. **4 BE**

4. Seneca schreibt in einem seiner Briefe: „*Vivere vis: scis enim?*“ (Leben willst du – verstehst du dich denn darauf?)

Entwickeln Sie anhand eines selbst gewählten Beispiels, dass gerade die Auseinandersetzung mit antiken Stoffen und Autoren zu o. g. Frage Senecas eine gewinnbringende Perspektive beisteuert. **4 BE**

Bene eveniat!